

Andreas Virginius Michael Horning

Disputatio Politica De Generali Legum Constitutione,

Rostochi[i]: Ferberus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730874028>

Druck Freier  Zugang



Andr. Virginus (H. Nominig)
R. U. Jahr 1620.

DISPUTATIO POLITICA
De
GENERALI
LEGUM CONSTI-
TUTIONE,

Quam

AUSPICANTE ET ANNUENTE DEO T. O. M.

In celeberrimâ Rosarum Academiâ

P R Æ S I D E

M. ANDREA VIRGINO,

defensurus est

MICHAEL HORNINGIUS, Ascaniensis Saxo;

In loco consueto, 12. April. hor. matut.



Rostochi, Typis Augustini Ferberi, Anno 1620.

DISPUTATIO POLITICA
De
GENERALI
LEGUM CONSTI-
TUTIONE,

Quam

AVSPICANTE ET ANNUENTE DEO T. O. M.

In celeberrimâ Rosarum Academiâ

P R Æ S I D E

M. ANDREA VIRGINO,

defensurus est

MICHAEL HORNINGIUS, Aſcanienſis Saxo;

In loco conſueto, 12. April. hor. matut.



Rostock, Typis Augustini Ferberi, Anno 1620.





DISPUTATIO POLITICA
DE GENERALILE-
GUM CONSTITUTIONE.

THESIS I.

Summus Aristoteles, qui summam
in Philosophia cum Theoretica, tum pra-
ctica gloriam consecutus haut immerito
nomen Philosophi καὶ ἐξοχὴν meretur,
inter alia & hac 1. pol. 2. prudenter
effatus est: ὁ ἀνθρώπος ἐστὶ τῆ φύσει ζῶον
πολιτικόν. Homo est naturá animal
politicum.

II.

Quibus verbis sat luculenter innuere voluit, naturam
non ad solitariam vitam, quam ne bestia quidem vivere cu-
piunt, unde illa proverbio trita: Similis simili gaudet; gra-
culus graculo assidet; ἴλιξ ἴλικα τέπει equalis aequalem de-
lectat; pares cum paribus facilius congregantur; Sed ad
κοινωνίαν vel civilem societatem genuisse.

III.

Nam qui non naturaliter amans est civilis societatis,
is revera neq; homo simpliciter, quem propterea Scaliger de-
rivari putat ab ἰμῆ, uná, simul, eodem in loco, quod simul cum
alijs conversari gaudeat; neq; pars civitatis dici potest,
quippè quæ ab Aristotele lib. 1. polit. cap. 2. definitur, per-
fecta societas secundum naturam ex pluribus pagis constans,
omnibusq; rebus ad vitam necessarijs instructa, non solum
vivendi, sed etiam bene vivendi causâ constituta.

A 3

4. Quod

IV.

Quod naturâ feratur ad κοινωλιας ἀνομοιουχην, ex tribus constat partibus, nempe γαμικη, πατερικη καὶ δεσποτικη, quarum dua priores constituta sunt ἐνεκα τῆς γενεσεως, tertiam δὲ τῆν σωτηριαν utrorumq̄, Domini sc. & servi, id neminem negatum ire putamus: Quod verò natura, tendat ad perfectiora, id tam rerum naturalium observatione, quam omnium Philosophorum auctoritate, quam ex autorare piculum esto, satis superq̄, firmatum qui dubitat, libros eorum investiget, ipsumq̄ natura cursum observet. Quare naturam quoq̄ civilis societatis, tanquam perfectioris κοινωλιας, amorem & appetitum homini instillasse extra dubitationis aleam ponimus, nobisq̄ firmiter persuasum habemus.

V.

Eum quoq̄ in finem facultas loquendi hominibus à natura tributa ab Aristotele d. l. existimatur, ut in mutuâ conversatione sensa animi sibi invicem explicare, quidq̄ turpe vel honestum, quid fugiendum vel eligendum exponere possent. Unde à Cicerone lib. 1. de leg. sermo dicitur esse interpret mentis Et lib. 1. off. idē eleganter scribit: vinculu cōmunitatis & societatis humana est ratio & oratio, qua docendo, discendo, communicando, disceptando, judicando conciliat inter se homines, conjungitq̄ naturali quadam societate, neq̄ ullâ aliâ re longius absumus à naturâ ferarum, qua sunt rationis & orationis expertes.

VI.

Magnum itaq̄ momentum habet natura ad societates civiles inter homines conciliandas: verum non existimandum, eam sine concursu aliorum ad ipsas necessariò requisitorum se causam ipsarum solam venditare: Non enim excluditur Deus, non indigentia eorum, qua tam ad vivendum simpliciter quam ad benè vivendum exiguntur. Unde Cic. lib. 1. off. Non

off. Non nobis solum nati sumus, sed ortus nostri partem patria, partem parentes, partem amici sibi vendicant.

VII.

Inter hac & alia locum quoq; merentur leges, magnum ad civilem societatem constituendam, gubernandam, & conservandam adjumentum afferentes: hæ n. præscribunt, quo pacto, Oeconomica & politica societas sit colenda, hæ præcipiunt, ut honestè vivamus, neminem ledamus, & suum cuiq; tribuamus, quorum contemptus omnem subvertit societatem.

VIII.

Hinc lex anima & Spiritus civitatis perhibetur, & unà cum primordijs civitatis scribi cœpit. § II. Inst. de rer. divis. Ut enim corpora nostra sine mente sic civitas sine lege suis partibus ut nervis ac sanguine & membris uti non potest. Cic. pro Cluentio Quintil. lib. 5. Inst. orat. c. II. Et multitudo quit in unius populi corpus, nullâ re quàm legibus coalescere.

IX.

Nos ergo, qui in societate civili degimus, legibus illius, quarum necessitatem & utilitatem non vix ipsa non incommodè metiri possumus, subjecti, operam haut spernandam ut suscipiamus, fore confidimus, indagantes generalem legum constitutionem, in quantum ea politica scientia submittitur, prætermisissijs, quæ intra Philosophiæ practicæ cancellos non continentur, & specialio rem considerationem facultati superiori, nimirum Jurisprudentiæ convenientem, requirunt. Politica enim subordinatur Jurisprudentiæ, quæ quod in genere Philosophus practicus docet, Specialiter & particulariter per circumstantias personarum, rerum, locorum, & temporum deducit, perq; distinctas partes & processus actionum & judiciorum. Politica fert omnium gentium leges, tam publicum quàm privatum jus concernentes; explicat eas-

dem ex aequo & bono, ars juris: Jurisprudencia autem est habitus animi, perfectum constituens juris peritum, qui habitus politices, artis juris & multarum aliarum rerum indiget cognitione, ut docet Besold. lib. 1. c. 1. polit. § 7. cui subscribit Cic. lib. 1. de legib. inquit, juris disciplinam non à prætoris edicto, neq; à XII. tabulis, sed penitus ex intimâ Philosophiâ hauriendam esse, eamq; ab hominis natura repetendam, & qui aliter jus civile tradunt, eos non tam justitiæ quàm litigandi tradere vias.

X.

Lex nuncupatur à Græcis νόμος ab objecto & effectu, nempe à véuiv, h. e. distribuendo, quod suum cuiq; tribuat; obedientibus præmia, inobedientibus pœnam. Descendit verò 1. vel à ligando, quod obliget omnes, quibus fertur, vel ad obedientiam & quidem *πρωτεύων* seu primario, vel si obedire recusent, *εποπτεύων*, sive secundario ad pœnam. Equidem nec Domus ulla, nec Respub. stare potest, si in eâ nec rectè factis præmia extant, nec supplicia peccatis Cic. 3. de nat. Deor. Vnde generaliter legis virtus est, non solum imperare, vetare, permittere, punire, sed & præmio publico afficere, inquit Besold. 2. pol. 2. § 1. th. 4. 2 vel à legendo, quod publicè leges legi consueverint; Leges enim cuilibet debent esse notæ, unde non publicata non ligant, 3. vel ab eligendo, quod tradant eligendorum vel fugiendorum normam: Est enim lex nihil aliud quàm declaratio voluntatis imperantis, ut subditi certam habeant regulam, secundum quam vivant, ut iterum inquit Besold. 2. pol. 2. § 5. Quemadmodum enim aut Architecti sine libellâ & lineâ nihil proficiunt, aut nauta cursum navis tenere non possunt sine ferro, quod affricuit Siderites ita nec imperantes sine hac normâ, ut elegantè & verè loquitur Schonborner 3. polit. 1.

II. Ex

XI.

Ex his, quid de legis naturâ in genere statuendum, satis liquet: Casus lib. 5. Eth. c. 1. legem definit per normam, rationis. Lex est, Domini imperium ac subditi officium, continens l. 1. l. 2. ff. de legib. dicitur, quod sit decretum, jubens honesta & vetans illicita, à Papin. l. 1. ff. de legib. definitur, quod sit commune præceptum, virorum prudentium consultum, delictorum, quæ spontè vel ignorantiâ contrahuntur, coercitio, communis Reipub. Sponsio. Seneca l. 1. de Clementia legem describens, & prædicans, inquit, esse vinculum, quo Respubl. coheret, & spiritum vitalem, quem trahit civitas, ita ut sine lege Respub. nihil sit futura, nisi onus & præda. Consule Pet. Greg. Tholosan. lib. 10. de Repub. c. 5. Bodin. lib. 1. de Repub. Lips. lib. 2. civil. doct. c. 11. Althus. c. 16. & 17. polit. Georg. Schonbornern lib. 3. pol. c. 1. Hænon. lib. 1. polit. disput. 1. th. 9. Besold. lib. 2. c. 2. § 5.

XII.

Quid de his & aliis definitionibus legis sentiendum, quid in aliquibus desiderandum, in quantum conveniunt, quantumq; ab invicem distant, fusius hic ob prolixitatem evitandam pertractare nolumus. Sed ipsi συζητησῶμεν reservabimus.

XIII.

Nos addimus hanc generalem: Lex est norma vel regula, jubens honesta, & vetans illicita, ut cultus Dei & societas humana inter homines constituatur, administratur, & conservetur.

XIV.

Est autem lex in genere vel divina vel humana: illa dicitur à Deo ipsa lata; hæc ab hominibus sancta; illa iterum est gemina 1. ἐμφυτος vel ingenerata, 2. θεόδοτος, revelata; illam naturam, hanc scripturam, appellant.

15, Lex

XV.

Lex Deodotos triplex efficitur, 1. moralis, qua semper omnes creaturas rationales ad obedientiam obligat, precipiens qualis unusquisq; esse debeat in moribus internis & externis, ut tota vita conformis sit cum voluntate Dei, juxta illud Deut. 6. v. 5. Diliges Dominum tuum ex toto corde, ex tota animâ, & ex totis viribus, & proximum sicut teipsum. 2. Ceremonialis, qua fuit praeceptum divinum de ritibus sacrificiorum, ceremoniarum & externis totius cultus Levitici ordinationibus. 3. forensis, qua fuit praeceptum divinum de ordinationibus statutorum judiciorum & controversiarum forensium totius politicae Judaicae: prior est perpetua, posteriores duae fuerunt duntaxat certi & usq; ad adventum Messiae, cujus typum gesserunt, definiti temporis.

XVI.

Haenonius quidem hanc postremam mixtam nominat, quod ex parte temporalis erat, respiciens tantum Judaicam politiam, ex parte verò perpetua, adhuc durans; Verum quod nonnullae illius à nobis receptae sint particulae id non ex necessitate, quod à Mose fuerint latae, sed ex libertate factum est, quod nostrae Reipub. administrationi sint congruae, ut ex seq. luculentius patebit.

XVII.

Lex ἰμφοτος vel naturalis est notitia principiorum practi corum de regendis moribus, congruens cum aeternâ & immotâ regulâ mentis divinae, insita hominibus à Deo, in prima creatione, ut sit testimonium de Deo, quid & qualis sit, & gubernet omnes vitae humanae actiones; vel brevius: Est notitia divinitus insita hominibus, de Deo & conservatione humanae societatis. juxta illud Rom. 2. v. 15. Opus legis scriptum in cordibus eorum,

18. Hic

XVIII.

Hic prius nonnullas quaestiones, quàm ad alia pergamus, non ab omni controversiâ liberat enodemus; Prima hæc est; an differant specie vel essentiâ lex $\epsilon\mu\phi\upsilon\tau\omicron\varsigma$ vel natura, & moralis seu decalogus? Sunt, qui tenent partem affirmativam, & legem naturæ ad omnia animalia etiam bruta extendunt, unde etiam Jureconsulti jus naturale definiunt, quod natura omnibus animalibus ingenuit lib. 1. instit. § 1. de jur. nat. gent. & civil, verùm si rem rationis decempeâ metiamur, constabit nullum jus nec legem propriè sic dictam in bruta cadere: Illa enim ad intellectivam animæ potentiam spectant, quâ bruta omnino destituuntur. Quare distinguendum erit inter leges & naturales inclinationes: Ille in homines, hæc in bruta competunt.

XIX.

Verùm ne ipsis Jctis præjudicare aut falsam opinionem assuere videamur in Scholas ipsorû nos recipiemus & audiemus saniore eos de hac definitione judicio judicâtes: Ita n. Hotomann. Schneid. & Brederodius in lib. 1. tit. 2. de jur. nat. gent. & civil. de ea disserunt; Etsi propriè loquendo, naturales inclinationes non sunt jus, tamen J. C. non tam rudes judicandi sunt, quasi non potuerint discernere ea, quæ rationali naturæ & brutis aut propria sunt, aut invicem inter se communia. Et haud dubiè in hac generali juris definitione has vel similes sui cõsiliû habuerût causas, &c. quas ibidem inquirere licet. Item pro defensione hujus definitionis dicunt, eam intelligi debere de jure naturali primævo, quod est naturalis ille instinctus procreandi & educandi sobolem; item libertas & defensio, quæ omnia communia sunt cum brutis, lib. 1. inst. tit. 2.; non de secundario, quo solus homo reliquis bestiis antecellit. ibid.

XX.

Nos ergo pars negativa trahit in suam opinionem, statuens, leges moralem & naturalem tantum differre modo perfectionis, gradu perfectionis, alijsq; circumstantijs, essentiã verò convenire, 1. quia ab eadem causa nempe Deo sunt orta 2. eandem habent materiam circa quam, nempe Deum & proximum, 3. eandem formam, conformitatem scilicet cum voluntate Dei & rectã ratione 4. eundem finem, dilectionem Dei & proximi. Meisn. de summo bono c. 4. q. 4.

XXI.

Secunda quaestio est: An forenses Mosaicae leges necessario observanda in Christianã Repub. ? Multis hoc posset ita videri ob sequentes ratiunculas 1. quia Deus illarum existit lator, sapientissimus, optimus, cujus sanctiones non possunt non esse optima 2. quia si Ethnicorum leges retinemus & observamus multo magis Dei ipsius sanctiones vigorem suum apud nos retinere debent, cum tantò sit dignior lex, quanto dignior & praestantior est legislator 3. quod quàm sapientimè in V. T. statuta haec dicantur pactum aeternum, ex promissione in seculum duraturum. &c.

XXII.

Sed negativa veritati magis est consona, qua abrogationem illarum probat 1. quod typicè tantum repraesentarunt regnum Christi, quo adventante, omnem vigorem suum amiserunt 2. quia non indiscrete omnibus in universum hominibus, sed solis Judais fuerunt latae, usq; ad definitum tempus donec in carnem veniret Siloh Gen. 49. v. 10. Lex autem ad tempus lata, non obligat post illud tempus. 3. quia Deus factò ipso testatum fecit, eas, destructã jam politia, subverso templo Hierosolymitano, & populo Judaico per universum terrarum orbem disperso, omnino esse abolitas, Matth. 24. v. 21. consule Johan. Gerhardi decad. 5. th. 7. & idem locor.

Theolog.

Theolog. tom. 3. fol. 356. Althus. polit. cap. 22. Baldus. disput. d. haret. th. 3. Hænon. disp. 1. polit. th. 19. & 20. Et licet sapissimè conati fuerunt suam politiam denuò instaurare conatus tamen illi omnes evaserunt irriti. Dn. Johannes Crugerius ex Sozomen. lib. 5. histor. Eccles. c. 21. refert. Julianum Apostatam in odium Christianorum Judæis licentiam concessisse, templi instaurandi, sed cum fundamenta jecissent, magno terra motu, dehiscente terrâ inter fulmina ac tonitrua totum opus disjectum & multa millia Judæorum ruinis oppressa esse. Ita sub Adrian. etiam disjecti & prostrati sunt in vita Adrian. anno Christi 138. qui est 63. post everfam Hierosolymam à Tit. Baron. in annal. initium istius cladis Sozomon. d. l. ponit in an. post nat. Christ. 130. finem in an. 135.

XXIII.

Ad objecta nunc respondemus & quidem ad 1. quod tanti valoris non existimamus ut nobis Mosaicæ leges in usum revocet. Quod Deus sit optimus & sapientissimus legislator, inficias non ibimus verum illas forenses leges non omnibus indiscretè hominibus fixit, nec omnibus Rerum publ. formis sed tantùm politia Mosaicæ, populoq; Judaico accommodavit.

XXIV.

Ad 2. quod Ethnicorum leges concernit, illæ aut consentiunt cum pietate & honestate, & conspirant cum jure divino & naturali, aut ebeâ dissentiunt, juriq; divino & humano repugnant; has tanquam impias repudiamus, nec nostra Reipubl. adhibemus; Etenim contrarium divinis legibus nihil statuendum, aut si quid constitutum fuerit, enervandum scimus: Illas illasâ conscientia recipimus, & iisdem utimur non tanquam Ethnicis, sed ut nostris & Christianorum suffragijs approbatis, adeoq; illis conscientias obligari statuimus ex potestate magistratui legitimo concessâ, qui i-

stas hodiè fecit suas & in usum regiminis sui traxit)

XXV.

Ad 3, notanda 1. venit regula: Vox eternitatis quando de Leviticis ceremonijs & politia Mosaica dicitur, phrase Hebraè non denotat perpetuitatem absolutè infinitam, sed periodicam seu restrictam, diuturni sc. temporis, attamen finiti durationem. Exempla suppeditabit lectio Theologica. 2. quod si etiam absolutam perpetuitatem ceremonialia & forensia significare contendatur, eum non ad typos & umbras ipsas, quippè qua à corpore suum complementum nacta evanuerunt, sed ad res spirituales ijs præfiguratas & in omne seculum duraturas referendam censemus. Sed pleniori qui horum cognitioni inhiat, Theologorum liberos evolvat. Plura de hac controversia in proscenium producit argumenta Hænonius disput. polit. t. th. 20. & alij, quorum magnum catalogum ibid. recenset.

XXVI.

Qua ergo hæcenus disputata sunt, ita accepta volumus, quod politicis seu judicialibus Mosaicis legibus non obligentur Respub. Christiana, nisi quatenus ratione naturali seu lege morali nituntur. Probè enim est hic notandum, quod una eademq; lex in legislatione Mosis ex parte judicialis, & ex parte moralis esse possit, v. g. lex de furto & adulterio ratione determinata pœna judicialis est, prohibitio autem horum delictorum ad legem moralem spectat. Omnis itaq; controversia hujus difficultas tollitur, discrimine facto inter id, quod est morale in legibus judicialibus Mosaicis, atq; id, quod merè illis inest forense & politicum, ut nimirum illud Christiana Respub. retinere debeat, hoc verò ratione circumstantiarum mutare possit.

XXVII.

Tertia questio: Cum dictum, politiam Mosaicam esse abolitam,

abolitam, populumq; Judaicum per totum terrarum orbem
 dispersum, varias mundi plagas peragrari, patria sua extor-
 rem, & nusquam tuto collocari loco, queritur, num sit, ex usu
 Reipublicæ, ut Judæi in civitatem admittantur? Prestan-
 tissimi quiq; viri pro & contra, hac de re disputant, quidam
 iniquiores videntur, quidam a quiore eos animo ferre & su-
 scipere conantur. Partem qui negativam tenent, his potissi-
 mum suam opinionem firmant 1. quod Judæi blasphemis
 suis nomen Christi proscindant, aliorumq; vitam impietate
 suâ detestandâ conspurcēt atq; offendāt 2. quod illis nulla in-
 feratur injuria, siquidem eodem à nobis jure ejiciuntur, quo i-
 psi olim usi alios blasphemiam & impietatis reos expulerunt:
 stante enim politia Mosaicâ lex illis fuit à Deo posita, ne
 quem suo cœtui se aggregare aut admiscere sinerent, blasphe-
 miâ aut impietate notatum, nonne ergo idem jus in eos exer-
 cendum, quod in alios usurpari, rectum judicarunt? 3. quod
 sænore cives exhauriant, eosq; dolis suis & fraudibus circum-
 veniant; quin etiam hoc laudi sibi ducunt, & diem
 quotannis consecrare & celebrare feruntur, quo cunctas
 fraudes, & peccata in Christianos commissa precibus suis
 placare & expiare consueverunt: Sed ut ut hæc sint, frau-
 des tamen & sænerationes eorum sunt in aperto 4. quod ar-
 tes, præter usurariam, ferè nullas exerceant, aut si quas co-
 lant earum vim universam in Christianorum incommodum
 dirigant. Ut enim marsupia sænore, ita facultates corporis
 vitales medicamentis exhauriunt, & experimenta per mor-
 tes agūt, ut quidam medicorum loquitur. Hæc & similia pro nega-
 tivâ militāt, qua ex Georgio Schornborner 3. polit. 36. Besoldo
 1. polit. 11. § 2. Hænonio disput. 2. thes. 24. & alijs prestan-
 tissimis politicis petere & colligere cuilibet sit integrum.

XXVIII.

Ad partem affirmativam qui inclinant, 1. commo-

B 3

venitur

ventur misericordiã istius gentis misera : in extremã enim
miseria olim degerunt. ac non infrequenter etiam crudelita-
tem, imprudentemq; nostratum experti sunt zelum, & sanẽ
semper calumnias aliarum gentium sustinuerunt, quas diluit
Josephus passim & lib. 2. ubi habetur, illis olim imputatum
fuisse, quod hominem Gracum immolent quotannis, sic &
credunt nonnulli, eos sine sanguine Christiano vivere non
posse. 2. jubent nos contemplari divina vindicta specula,
& exinde in animum nobis revocare, quantopere hac gens o-
lim pra reliquis floruerit, tantoperẽ nunc contemptu sorde-
scere. 3. auctoritates aliorũ patrociniũ corũ suscipiẽtiũ magni-
faciunt: puta Augustin. super Ps. 59. Bernhard. epost. 322.
Plerosq; interpretes super cap. 11. ad Rom. vide etiam De-
cretalia lib. 5. tit. 6. de Judæis Moditium § 2. quest. 165. & §
Principium quest. 41. Beclitium disput. de securit. thes.
92. &c. Balthas. Meisner. de legib. fol. 374. Camerar. cen-
tur. 1. Med. hist. cap. 89. ubi inter alia hanc gravissimam
rationem allegat, quod Judæi, si nullum hospitium inveniant
apud Christianos, cætervatim confluant ad Turcas, sicut fa-
ma est, olim centum millia Judæorum ad Turcam migrasse.
Et addit; memoria traditum est, Turcicum Imperatorem
dicere solitum, se mirari Christianorum Regum stoliditatem,
quod tantã multitudinẽ potius in propriã perniciẽ expelle-
re, quã ad suum emolumentum retinere maluerint, utpote
quam si interficere noluisent, tamen mancipiorum loco ad
varia servitia præstanda servare potuissent: Et idem
Camerarius Ulterius addit, Judæos illos, qui à Christianis
expulsi fuerunt, primò omnium ad Turcas attulisse varia
artificia & perfectiorem usum machinarum bellicarum, ali-
arumq; multarum rerum, quibus antea barbara Turcarum
gens destituta fuit; Id quod incredibili damno Christiane
Reipubl. accidit. Hac ill.

XXIX.

Hildebrandum Bapam ipsis primum in Christianum orbem aditum circa annum Christi 1100. patefecisse testatur Urspergensis & Aventin. Quem secutus est Gregor. IX. qui anno 1300. invitis & reluctantis Christianis Regibus, immunitatibus & privilegijs vi auri copiosâ redemptis eos donavit, colluvie illorum Galliam, Angliam, Italiam, Germaniamq; inundans, teste Platinâ & Balao: ex eo, perfidia, odijq; in Christianos multa ediderunt documēta, ut refert & probat Besold. ex Henr. Scotan. & alijs 1. polit. II. §. 2. th. 18. Hic verò Gregorius IX. Papa, num rectè fecit, quod ipsis quaestus causâ ejusmodi privilegia & immunitates concesserit, politiorum judicio relinquo; Mibi quidem videtur minus rectum, Judaeos ejusmodi privilegijs donare, quae ipsis Christianis subditis praesudicium & nocumento esse possint.

XXX.

Quamvis igitur hac de Judaeis adsciscendis quaestio mota utrinq; firmis nitatur rationibus, nec rima elabendi dari videatur, alterutrius partis castra erunt sequenda, ne nobis in nervum erumpat quod alijs, qui periculosum alteri subscribere autumant. Nos itaq; à parte posterioris sententia stare non dubitamus, hac tamen ratione & pacto, ut statuamus, primò illos non facile esse admittendos, neq; studiosè in aliquam Rempub. advocandos, multò minus hospitio excipiendos lucrigratiâ, prout à magistratibus hodiè fit: si verò omninò instanter petant recipi, & miseriam suam pratendant, aut si princeps eos in Repub. reperiat tolerandos esse, sed certis cautelis & legibus constringendos.

XXXI.

1. Ut secundum jus in ista Republ. usitatum pacificè, tranquillè & sine scandalo Christianorum vivant, 2. ne cum Christianis matrimonium contrahant. 3. ne immoderatas usuris,

*furas, aliosq̄, illicitos contractus exerceant, aut syngraphis ve-
 titis, fidejussionibus, pignoribus, anatocismis, menstruis, alijs re
 fraudibus Christianos subditos opprimant. 4. ut causa eor-
 rum coram magistratu istius loci disceptentur. 5. ne pu-
 blicis officijs praficiantur. 6. ut habitu utantur à Christianis
 diverso, quo ceu signo ab illis discernantur. 7. ne Synagogas si-
 ne permissione magistratus extruant. 8. ne Christum bla-
 sphemijs & maledictis proscindant. 9. ne Christianos seducant
 & ad suam religionem pertrahere audeant. 10. ne Judaum
 à transitu ad Christianam religionem prohibeant. 11. ne
 Christianos pro servis habeant. 12. ut abstineant ab emptio-
 nibus rerum furtivarum, easq̄ Dominis citra dispendium re-
 stituant, vel si dolo malo alienaverint, precium renumerent.
 13. ut mutuata Christianis pecuniam non suâ sed Christiani-
 nis vernaculâ linguâ conscribant, & quid & quando credide-
 rint, quodq̄ & quale pignus acceperint, adjiciant; & simili-
 bus. Keckerm. 1. polit. 24. Georg. Schonborner. 3. polit. 36.
 Haenon. disput. polit. 2. th. 24. vide etiam recessus Imperij,*

XXXII.

*Quid jam de prioris sententia argumentis statuendum,
 cuius ex his annexis conditionibus erit obvium, singulorum
 nobis resolutionem prabentibus. Ideo inanem nos operamq̄
 laborem in eorum examine prolixiore suscepturos confi-
 dimus, quod ab istis omnibus, quorum metus ex receptione
 Judaorum nos invasit, incommodis obicem robustum pos-
 tum censeamus.*

XXXIII.

*Ocurrunt hic & alia ventilatione & disquisitione non
 indigna quaestiones, num videlicet Judai ante extremum
 diem ex quatuor mundi plagis conventuri, & politiam
 propriam sint instauraturi, ut nonnulli quidem probare co-
 nati fuerunt, quorum tamen opinionem tanquam falsam &
 analo-*

analogia fidei contradictoriam Theologi nostrates refellere
& rejicere non desistunt; verum litē eorū nostrā non facie-
mus; Itē num regalia habentibus potestas recipiendi Judaeos
sit concessa? an pro lubitu & absq̄ Imperatoris consensu pos-
sint expelli? an Judaeus per Christianismi professionem ab
anterioribus delictis excusetur? num ipsis etiam invitis, eo-
rum liberi baptizari queant? & id genus alia, quas partim
ad Theologorum, partim ad Jureconsultorum & peritiorum
politicorum cancellos ablegamus, ut instituti ratio habeatur.

XXXIV.

Haecenus de lege Divina tam θεοδότην quam ἐμφύτην.
Nunc transimus ad humanam, ab hominibus sancitam, quam
subdistinguiamus in communem seu gentium & in propriam
seu politicam vel civilem.

XXXV.

Communis seu gentium lex est consequentia vel conclu-
sio ex naturalibus principijs practicis propter urgentem ne-
cessitatem extracta, cujus aequalis inter omnes gentes est u-
sus & observatio. Unde etiam lex gentium vocatur, quasi
quā omnes gentes utuntur. Huc referri videntur distinctio-
nes dominiorum, contractus, legitima bella, defensio cum mo-
deramine inculcata tutela.

XXXVI.

Lex propria seu civilis est sententia vel lex, quam qua-
libet civitas ex determinatione & conditione loci, aliarumq̄
circumstantiarum, in lege naturali & gentium, sibi propriam
constituit, ut doceat viam & rationem legem naturā & gen-
tium servandi. Chytraeus ita definit: Lex politica seu posi-
tiva est lex seu sententia, probabili ratione à magistratibus
lata, ut sit adminiculum legis naturā, videlicet determinās
circumstantias aliquas in executione juris naturā, vel san-
ciens aliquid de occasionibus servandi jus naturā, non pu-
gnans cum

C

gnans cum jure naturali aut divino. Hieronius 1. disput. polit. th. 18 hanc descriptionem tradit: Lex propria est, quam qualibet civitas sibi propriam constituit; vel quam ex lege cōmuni, pro loci cujusq; utilitate, conditione, & naturā alijsq; circumstantijs particularibus, magistratus concipit & constituit, ut doceat peculiaria media, usam & rationem, quibus liceat certa Reipubl. alicujus hominibus naturalem aequitatem prestare, observare & colere. c. 2. Lex Atheniensium, Romanorum, Carthaginensium &c.

XXXVII.

Causas, ob quas lex propria constituta est, affert Albus. c. 21. polit. p. 414. num. 31. duas; 1. est, quia lex natura & gentium ob generalitatem suam, non à quovis hominum genere particularibus negocijs potest accommodari. 2. quia lex propria hominibus, qui nec amore virtutis nec odio vitij ducuntur & limites juris naturalis & gentium transiliunt, timorem pœnae incutit, à malo coërcet, & ad bonum impellit. Nos addimus 3. quod homines diversarum regionum & nationum diversis sint præditi ingenijs & moribus, quibus regendis non unius generis leges conveniunt; Suntq; itaq; leges ad naturam populorum accommodandæ, ubi repetimus illud Ciceron. 1. de legib. Jurisdisciplina, non ex edictis prætorum, non ex XII. tabulis, sed ipsa hominum naturā hauriri debet, qui aliter jus tradunt, litigandi, non juris vias tradunt; & 4. quod diversa sint Rerumpubl. forma, quibus diversa congruunt leges: nam debet considerare nomotheta in dandis legibus, quod non det optimam legem simpliciter, sed optimam illi politia, quam informat. Quamvis n. non sint perfectissima, quas condit, modò sint populo & Reipubl. & fini istius convenientissima, Ventura Vincentius in consil. sup. controversiâ Venetâ num. 33. &c.

XXXVIII.

Hinc

Hinc cogitur nonnunquam ferre vitia legulator ob ma-
jora mala evitanda & à civitate avertenda. Sic concubina-
tum, jure civili extra poenam & infamiam fuisse ijs, qui u-
xorati non fuerunt, ad majora mala evitanda, ait Wesenbe-
cius in parat. ff. de concub. num. 2. Sic ebrietatem noluit
prohibere Germanus Carolus V. Chytr. in Chron. Sic etiã
propter eundem causam Moses permisit populo Israelitico li-
bellum repudiij Matth. 19. v. 8.

XXXIX.

Hinc promanat distinctio politicorum inter justitiam
absolutam, & ad civitatis statum relatam; inter forum fore
& forum poli, quia quæ in illo Speciem justitiam habent, majorem
perfectionem exigunt, si in forum poli accersi & valere debeant.

XL.

Ex quibus quatuor deduco notanda 1. possunt esse pro-
vincia alteri subjecta, quæ suas habeant leges 2. Urbs vel
regio, quæ venit in ditionem alterius, non cogenda est ad o-
mnium legum suarum abjectionem, & Superioris legum rece-
ptionem. 3. Romani jurisprudentia non per omnia vicem
legum supplet, sed artem solummodo juris modum leges quæ-
cung, rectè interpretandi applicandiq, docere potest. Rit-
tershus. ad Novell. in pr. cap. 7. Besold. 2. polit. 2 § 5.
4. Bonitas non est de essentia legis; nam in malis Rerum
publ. formis male etiam sunt leges, inquit Arist. 3. polit. 7.
qualis est ista Milesiorum: Nemo nostrum frugi esto, quam
refert ex Suid. Camerar. Cent. 1. c. 39. Item illa Ephesio-
rum: Virtute excellens è Republ. nostra ejiciatur Cicer. 5.
Tuscul. Cruger. colleg. polit. disp. 7. th. 6.

XLI.

Non possumus etiam hic non meminisse consuetudinis,
quæ in locum legis successit, quarundam Civitatum Gra-
cia, Democratica formã vel modo regiminis utentium; Hi

enim Græci solebāt viros, divitijs, nobilitate & virtute excellentes è civitate suâ ad certos annos relegare & quasi in exilium abigere, ut, hac ratione illorum autoritate & potentia repressâ & diminutâ, quâ freti potuissent ad dominatum atq; imperium aspirare, cum ceteris civibus inferioris conditionis equali loco & jure possent haberi. Hanc relegationem peculiari vocabulo *οσεξις* nominabant, ἀπὸ τῶν ὀσεξιων, à testis sive calculis, quibus nomina relegatorum erant inscripta. Aristotel. 3. polit. 13.

XLII.

Ne verò hac à præcedentibus disfidere videantur, distinguendum putamus inter bonitatem absolutam, & ad civitatis statum relatam. Sic ostracismus, licet in se & simpliciter consideratus, videatur injustus; nam viri excellentes potius sunt retinendi, amore & honore suspiciendi, verumtamen ratione finis & Reipubl. status propter quem & in quo est usurpatus, videtur habere τὸ δίκαιον πολιτικόν, jus quoddam civile, nimirum ut status Reipubl. istius conservetur tranquillus & tutus à cupiditate regnandi virorum istorū, quâ ob ambitionem honorum non raro flagrare solent, cujus rei vivum exemplum habemus depictum in Julio Cesare, cum Euripide etiam jus regnandi gratiâ violandum esse, affirmare non erubescere.

XLIII.

Nunc ad datam legis distinctionem redimus, investigaturi cum legis gentium & naturæ, tum utriusq; & legis propria differentiam & convenientiam.

XLIV.

1. Quod attinet legis naturæ & gentium differentiam, quam licet multi neglectui habeant, & utramq; in unam legem conglutinent, nos tamen eam agnoscimus & quadruplicem constituimus 1. est; Lex naturæ divinitus est hominibus

nibus insita; lex gentium à naturali ratione constituta. 2. lex natura est notitia ipsorum principiorum practicoꝝ, & ex ratione simplici profuit; lex gentium est consequentia ex istis principijs, & ex ratione compositâ seu ratiocinatione deducitur. 3. lex natura immediatè congruit cum aternâ & immotâ regulâ mentis divina; lex gentium mediante lege natura cum mente & voluntate divinâ congruit. 4. Lex natura in primâ creatione natura hominis est implantata; Lex gentium urgente necessitate est constituta. Jure Consulti addunt etiam 5. Lex natura constringit omnia animalia; Lex gentium solos homines.

XLV.

2. Conveniunt verò triplici modo 1. utraq; versatur circa morum & actionum humanarum gubernationem. 2. utraq; per eque ab omnibus hominibus observatur. 3. utraq; propter gloriam Dei & conservationem humana societatis est instituta.

XLVI.

3. Differentia inter legem civilem naturalem & gentium consistit in sequentibus. 1. Legem civilem quilibet populus ipse sibi constituit, Legem gentium naturalis ratio inter omnes homines sancit, legem natura Deus hominibus inservit. 2. lex civilis est propria cujusq; Reipubl. (unde civilis appellatur, quasi propria ipsius civitatis) & obligat tantum homines eam civitatem incolentes: Lex natura & gentium est communis omnibus hominibus, eosq; ad obedientiam obstringit. 3. Lex civilis denominationem accipit à civitate vel Republ. cujus est propria, e.g. lex Atheniensium, Quiritum, vel Romanorum; lex natura & gentium non item, quia nulli Reipubl. est propria, 4. lex civilis profuit ex lege natura & gentium, non vice versâ. 5. lex civilis determinat & applicat legem natura & gentium ad loci cujusq;

utilitatem, conditionem & naturam, aliasq; circumstantias
particulares, non econtrâ. Lex civilis docet peculiaris me-
dia, viam & rationem, & prabet adminicula, quibus homi-
nes certa alicujus Reipubl. naturalem & gentium legem
præstare, observare & colere valent. 7. Lex civilis præsup-
ponit honestatem, quam mutuatur ex jure naturali, ac præ-
cipuè refertur ad utilitatem eorum, quibus fertur. Lex na-
tura & gentium præcipuè refertur ad honestatem.

XLVII.

4. Convenientia autem illarum in eo posita est, quod o-
mnes colliment ad gubernationem & conservationem Rei-
publ. & humana societatis, sunt namq; gubernationis instru-
menta. Besold. 2. polit. 2. § 5.

XLVIII.

Lex propria Reipubl: seu civitatis alicujus est iterum
vel de constituendâ Reipubl. seu regno vel de constitutâ re-
gendâ & administrandâ.

XLIX.

Illâ vocatur fundamentalis Reipubl., sub quâ Respubl.
est constituta & tanquam fundamento innititur, ex consen-
su communi, ijsq; sublatâ, salus & status, quo illa stat & persi-
stet, evertitur, aut saltem in aliam speciem mutatur. Keck.
1. polit. 6. inquit legem fundamentalem esse de regni com-
missione, deq; modo & requisitis & pactis, tacita vel expresso
consensu initis de principis vel successione vel electione. Hæ-
nonius 1. polit. disput. 1. thes. 23. describit leges fundamen-
tales, quod sint pacta & conditiones, sub quibus civitates &
provincia coierunt & consenserunt in unam eandemq; Rem-
publ. habendam & defendendam communi operâ, consilio &
auxilio, à quibus quando communi consensu receditur, Re-
spubl. esse desinit, nisi salvâ illâ leges illæ communi consensu
abrogentur, & novæ constituentur. vide etiam Daneum
3. polit.

3. polit. Christ. 6. Petr. & reg. Tholosan. lib. 7. de Republ.
c. 19. Petr. Heig. lib. 1. q. 5.

L.

Leges fundamentales complectuntur majestatem Reipubl. realem, qua est potestas Rempubl. constituendi, & permanet, quamdiu corpus Reipubl. durat, atq; etiam sub interregnis & alterationibus persistit; quam ideo fundamentum Reipubl. nominare possumus Christian. Matth. Dithmars. colleg. polit. 2. disput. 2. th. 6.

L I.

Majestas haec realis, qua penes totum civitatis corpus residet in constituendâ Reipubl. distinguitur à personali, qua est potestas administrandi & gubernandi Rempubl. constitutam: vocatur personalis, quia in personam confertur; & imperantis, quia penes imperantem est sita: ut illa imperij majestas quoq; appellari solet. Keckerm. 1. polit. c. 4. ita definit. Majestas est jus & potestas principis, ut possit procurare & exequi omnia illa publica negotia, qua ad Regiminis formam atq; ad salutem regni publicam pertinent.

L II.

Bodinus lib. 1. de Republ. c. 10. septem capita majestatis istius summa in specie recenset, qua ad jus illius pertinent, quorum 1. est bellum indicere aut pacem inire. 2. jus & legem jubere. 3. magistratui mandare. 4. provocatio sive appellatio summa & extrema. 5. jure vel injuriâ damnatos liberare 6. fidelitatem & obsequium debitum ab hominibus postulare. 7. monetam sive nummum cudere. Plura qui vult assignare, requirat Besold. 1. polit. 4. Discrimen itidem duplicis hujus majestatis qui cognoscere avet, eundem consulat. 1. pol. 2. § 1.

L III.

Injuriam verò infert Besold. d. 1. § 2. Keckermanno, defini.

definitionem ipsius majestatis obelo notans, quæ talis; *Majestas est vis quedam, per quam princeps sibi conciliat in animis hominum singularem quandam admirationem venerationemq; & cum utrâq; conjunctum metum.* Non enim agit Keckermannus de eâ, quam nos definivimus, majestate, quam, ut supra vidimus, eodem in capite aliter determinat; Quam enim nos diximus personalem, eum ipse appellavit ortam à primâ? Non itaq; attendit Besoldus distinctioni duplicis à Keckermanno posite majestatis, primæ & à primâ orta; in illam stylum stringit Besold. quam Keckerm. ipse ab ortâ vel personali nobis dictâ diversam agnoscit.

LIV.

Verùm in eo errorem quoq; committit Keckermannus, quod auctoritatem & gravitatem personæ, dignitatisq; reverentiam personalis majestatis causam constituat, dum illam facit primam, hanc à primâ ortam; Contrarium enim vero magis consonum est; Illam enim post legitimæ potestatis ademptionem largiri solet Deus Althus. cap. 19. polit. num. 97, *Majestas insuper personalis à nullo superiore dependet, nisi à solo Deo, qui proximè eam antecedit, & cujus vicem obtinet à Deo.*

LV.

Sed objicis eam à populo ortû sumpsisse, in cujus majestate vel potestate reali situm est, magistratum supremum eligere vel respuere; R. per distinctionem causæ principalis & instrumentalis: populus transfert illam potestatem à Deo ipso traditam, in magistratum supremum instrumentaliter, Deus principaliter. Quod approbat Besoldus 1. polit. 2. § 3. itaq; inquit: *Imperator ab electoribus accipit majestatem, ut causa instrumentali, regalem potestatem principibus ac statibus largitur Imperator ut causa efficiens, Arnif. de subje&. clericor. c. 1. num. 2. Bornitius de Majestate c. 4.*

LVI.

Non inconvenienter hic quaestio in Scholis politicorum frequenter agitata revocatur & excutitur, num in magistratus supremi potestate & libertate situm sit, leges civitatis immutare vel retinere? Besoldus d. l. § 1. distinctione legum fundamentalium & Regni vel Reipul. constituta utitur; Illas Magistratus supremus, ne quid Respubl. detrimenti capiat, comiter observare tenetur, nec ullâ variatione commutare debet; Esset enim homicida propriae suae majestatis, si Respubl. convertere niteretur ipsam. e. g. si lege fundamentalis approbatum & decisum sit, nemini extraneorum imperium offerri debere, mulieri imperium non committi debere, religionem unam in toto regno coli debere, Regem sine consensu & suffragio optimatum Regni novas leges subditis obtrudere non debere &c. non minus obstringatur illis magistratus, quàm subditi. Bodin. 1. de Republ. c. 8. num. 88. ad fin.

LVIII

Quid de ceteris verò regni constituti legibus sentiendum; ex Responsione Casi Sphaer. civit. lib. 2. c. 6. patebit, Lex, inquit ille, secundum Philosophos triplex est, divina, humana & naturalis; illa firma, fixa & immutabiles manent; haec quodammodo mutari & non mutari potest; Non mutanda, si ex mutatione seditionis tempestas sequatur, & omnes conditiones bonarum legum habeat, quales sunt, ut sit justa, possibilis, secundum naturam & consuetudinem patriae, loco ac tempore conveniens, necessaria, utilis, aperta, non privato commodo, sed totius civitatis usu bonoq; praescripta. Mutanda verò, si magna mutandi urgeat necessitas, & recensitas conditiones non habeat, veruntamen rarissime haec mutatio debet fieri, cum consensu populi, cautè, sensim, ac prudenter, non statim ac temerè, Apud Locrenses
D collum

collum in funem mittere cogebatur, qui novam vellet in-
troducere legem, ut si non acceptaretur à populo, contracto
laqueo strangularetur. Stob. serm. 42. *Causas ibidem in u-*
tramq̃ partem Casus affert plurimas, quas inquirere per me
licet; Conjunge Kecker m. 1. polit. 6. Schonborn. 3. polit. 9.
Hænon. disput. polit. 1. th. 23. Paracels. d. inventor. artium
tractat. 2. Besold. 2. polit. 2. § 6. Cautela est, leges non mu-
tare, sed addere interpretationem.

LVIII.

Haecenus de lege regni constituendi, quam sequitur lex
regni regendi, quæ est norma, per quam princeps vel magi-
stratus supremus administrat principatum vel Rempublicam.

LIX.

De hac thesis 32.2. polit. 2. § 5. Besoldi est accipienda,
quæ ita sonat: Non autem dubitabile est, quin leges ad na-
turam populi & ad Rempubl. debeant accommodari, non
ad leges Respubl. quia Respubl. est ante leges, & ea ad con-
servationem, non ad constitutionem Respubl. spectant,
sunt enim gubernationis instrumenta. De fundamenta-
libus inquit 1. polit. 2. § 1. th. 5. siquidem non sunt instru-
menta regiminis, ut cætera leges, sed causa efficientes &
fundamenta.

LX.

Lex Regni vel Reipubl. regenda iterum dispeccitur in
generalem & specialem. Illa circa communem omnium
civium societatem occupatur; hæc certorum civium socie-
tatem atq̃ officia concernit.

LXI.

Cum autem cives vel in eodem vel in diverso gradu sint
constituti & ratione vita generis alij æquales, alij inæquales
sibi existimentur, hinc etiam diversa nascuntur leges specia-
les. De æqualium *notavimus* leges de jure collegiorum, qualia
sunt in-

sunt inter Senatores, milites, opifices, mercatores & alios eadem vita generi addictos, lata. De *coivivix* inaequalium vel diversum vita genus sectantium civium leges ponuntur
1. de officijs superiorum erga inferiores, & horum erga illos.
2. quibus diversi & varij civium status, vitaeq; genera inter se conglutinantur & devinciuntur.

LXII.

Explicatis hisce legum distinctionibus sanè acquiescere haberemus; At neq; illam spernendam arbitramur, qua leges dividuntur 1. in forenses, (*Landrecht*), quibus judicia, tam civilia, quam criminalia ordinantur, & administrantur. 2. ad civilem disciplinam, vel conditionem & mores civium spectantes (*Policey* oder *Stadtordnung*), quibus mores & exercitia virtutum promoventur, & vitia amoventur.

LXIII.

Huc referuntur leges de civium conditione, & differentia, generatione, educatione, facultate, aetate, ordine & numero; lasciviâ, libidinibus, ebrietate, de bibendo super sanitatē, jur-gijs, litibus, mendicitate, lusu, alijsq; similibus, qua honestas in omni sexu & aetate damnat; item de luxu in pecuniâ, domo, convivijs, vestibus & alijs sumptibus extra necessitatem positis.

LXIV.

Quoniam verò isthac omnia & id genus alia ob circumstantiarum variationem legibus definiri & comprehendi nequeunt: ijs praeficiendi sunt censores, vel morum magistri, qui ceteris omnibus prudentiâ, vitaeq; integritate praestant, caterorum civium conditiones & mores censent, eosq; vel monendo, vel pudorem & ruborem incutiendo, vel multando, paulatim corrigunt & emendant. Horum officium consistit. 1. in habendo censu. 2. in praefectura morum. vide *Georg. Schonbornern* 3. *polit.* 10. & 4. *polit.* 28. *Bodin.* lib. 6. de republ.

republ. cap. 1. Danaum lib. 6. Christian. polit. c. 4. Henning. Arnif. lib. 1. polit. cap. 16.

LXV.

Besoldus 2. polit. 2. § 6. conatur ex his deducere & probare legum Justinianearum insufficientiam, quod nulla vel paucissima ibi sint leges, ad mores vel vivendi normam speciatim pertinentes; & si qua inibi sint, vel nostris moribus non conveniant, vel negligantur.

LXVI.

Porro facultas ferendarum legum i. jure proprio competit Imperatori, qui summae potestatis capax est, dum tamen in ferendis legibus peritiorum utatur consilio. Prima enim pars optimi Imperij, inquit Besold, 2. polit. 3. § 1. ex Zieriz, de convers. Rerum publ. in eo consistit, ut princeps sit bonus, altera, ut bonis & idoneis ministris utatur. 2. Jure alieno, vel vigore concessionis Imperatoriae statibus Imperij, quorum tres sunt constituti: Primus est electorum; secundus est principum; tertius est liberarum civitatum.

LXVII.

In legislatore autem requiruntur 1. Pietas. Leges enim positivae conformitatem cum legibus divinis, & naturalibus praese ferre debent; illam vero non curat princeps, impietatis sectator. Quapropter etiam reprehensionem hic incurrit Cabades Rex Persicus, qui communionem foeminarum lege sanxit. Procop. de Bello Persic. lib. 1.

LXVIII.

2. Aequitas & clementia, rigorem legis evitans, nam summum jus, summa injuria, vel summa crux, ut loquebantur veteres Camer. cent. 1. c. 76. Aequitas ornat imperium, conservat Rempubl., totam gubernat vitam, ut loquitur Imp. in praef. auth. de relev. trib. publ. Quis non detestatur sententiam istius Gallici judicis, cujus meminit Henr. Steph. in praef.

in *praf. lib. de jur. civil. font. quâ perpetuò pronunciaba-
tur de scne : suspendite, suspendite, alia furta commisit; de
juvene, suspendite, suspendite, alia furta committet, Camer.
cent. 1. c. ult? Quis unquam excusavit G. aleatium Sfor-
tiam, quod rusticum, qui leporem ceperat, instanter coëgit, ut
animal captum ita crudum cum pelle & sanguine voraret,
unde mortuus est, quod singulare & antea inauditum sup-
plicij genus ita Sfortis arrisit, ut inde legem extrueret de
omnibus animalibus ita crudè devorandis, quæ subditi ce-
pissent. Cor. vol. 6. Talem rigorem legumlatorum simi-
lium vide in Aristot. Rhet. Agell. l. 2. c. 18. Æschin. contr.
Timarch. Cicer. 1. Tuscul. 99.*

L X I X.

3. *Autoritas, quam legibus addat vite sua integrita-
te: Exemplo enim suo magis potest allicere subditos ad le-
gem observantiam, quàm præceptis, & plus etiam nocet jux-
ta illud Poeta:*

*Omne animi vitium tantò conspectius in se,
Crimen habet, quantò major qui peccat habetur.
Unde antiqui, ut legum autoritatem tuerentur, sibi divini-
tus illas inspiratas esse populo persuadebant. Exempla qua-
re in Georg. Schonborn. 3. polit. 2.*

L X X.

4. *Ut paucas easq; bonas ferat leges: Corruptissima n.
censetur Respubl. in quâ plurima leges Tacit. 4. annal.
Schonborn. 3. polit. 7. ; eorū sermonis genere ut ab omni-
bus intelligantur, ambagibus circumcisis, indicantes liqui-
dè, quid jubent vel vetant fieri, ea propter Romæ, pueri Le-
gem XII. Tab. ediscebant, ut necessarium carmen.
Besold. 2. polit. 2. § 5.*

L X X I.

5. *Ut ad bonum publicum illas referat. Leges n. non
sunt*

D 3

sunt finis Reipubl. sed mediâ saltem ad finem, qui est felicitas civitatis, ordinata; Qui verò suum in legislatione commodum querit, ipsum ne magistratus quidem nomine dignabimur.

LXXII.

Hic calculus paulisper esset sustinendus, & quæstiones utilitate insignes interponendæ, an imperium concedendum magistratui vel legibus? an princeps sit solutus legibus? utrum præstabilius, habere ingeniosum & bonum principem & stupidos malosq; consiliarios, quàm stupidum & malum principem, & ingeniosos, bonosq; consiliarios? Verum quia prolixitas nauseam solet creare, ipsi consilio illas committimus, & ablegamus lectorem ad alios acutioris ingenij politici, qui utriusq; partis argumenta sub incudem disquisitionis acrioris revocant, puta Cas. in Sphæra civit. lib. 3. c. 11. Bodin. lib. 6. de republ. c. 6. Petr. G. reg. Tholosan. lib. 7. de republ. c. 20. Piccol. gradu 10. Philos. mor. c. 19. Clem. Timpler. lib. 4. polit. c. 4. quæst. 2. Hænon. disput. polit. 1. thes. 10. disput. 4. thes. 20. Antimachiavell. lib. 1. de regno administran. theor. 1. Althus. c. 22. polit. Keckerm. lib. 1. Systeme. polit. cap. 7. Bodin. lib. 3. de republ. c. 1. Melch. Jun. Tom. 2. Orat. Hænon. disput. polit. 9. thes. 6. & seq. qui ibi plures autores aperiet. Schonborn. 3. polit. 5.

LXXIII.

In constitutione legum nomothetæ quoq; incumbere videtur, ut eas generaliter & breviter concipiat & constituat, omnes res & singulas personas earumq; actiones in genere complectentes; inq; scripturam redigat & publicas faciat, ut maneant expertes corruptionis & mutationis, & ab omnibus & singulis cognoscantur; non publicatæ enim non ligant; atq; Reipubl. utilitati accommodet, vide Schonbornern. d. 1. cap. 4. Besold. 2. polit. 2. § 2.


74. Qui-

LXXIV.

Quibus verò de rebus, inquis, leges sunt ferenda? R.
 Generaliter quidem legibus morum bonitas & honestas so-
 let precipi, Specialiter autem circa varia occupata esse so-
 lent objecta; nempe circa cultum & officia Deo, magistra-
 tibus, parentibus, proximo &c. præstanda, circa ociosos &
 validos mendicos, quos Draco capite plectebat; circa luxum
 in vestibis prohibendum. Ephori id muneris apud Sparta-
 nos obtinebant, ut quotidie vestes inspicerent, ne quid indu-
 ceretur à decenti habitu alienum. Ferdinandus Hispania
 Rex studiosis Sericarum vestium usu interdixit, ut refert
 D. Crugerius in collegio polit. disput. 7. thes. 13. ex Marin.
 lib. 9. rer. Hispan. Item circa fœneratores & usurarios, quos
 vetustas quadrupli damnarit Cic. in pr. lib. de re rust. alijsq;
 gravioribus supplicijs affecit, Cruger. d. l. th. 16. Item circa
 facinorosos, homicidas, fures, adulteros, calumniatores &c.
 Schonborn. 3. polit. 8. de duobus, ait, constitui debere leges.
 1. de his, quæ frequenter fieri solent, non quæ raro. 2. de fu-
 turis negocijs non præteritis. Unde legis novæ pœna gravior
 ad commissâ prius delicta porrigi non debet.

LXXV.

Omnes autem quæ à principe ponuntur leges, eò debent
 collimare, ut improbitas hominum pœnis legitimis reprima-
 tur, obedientes præmijs afficiantur, omnesq; & singuli in of-
 ficio contineantur sunt enim leges media, quæ illis modum fa-
 ciunt Liv. dec. 4. lib. 4. Et lex obligat omnes ad obedi-
 entiam, aut si illam detrectaverint, ad pœnam ijs definitam.
 In his calamum sistimus, & quæ præmissa fuerint, conflictui
 reservabimus.




Mantiffæ

MANTISSÆ.

1. An JureConsultus possit esse perfectus absq; aliarum artium & imprimis practicarum cognitione?
2. An Advocatus licitè ad decipiendum suum adversarium possit uti fallacijs & deceptionibus?
3. An Studiosus coram suo judice conventus sæpius variare possit?
4. An, qui accepit beneficium, obligetur naturaliter danti ad renumerationem?
5. An scriptura de legis essentia?
6. An leges humanæ justæ seu politicæ obligent subditos in conscientiam?
7. An magistratus violans leges fundamentales Regni sit Imperio removendus?
8. An Emissario tentandi gratiâ accedenti & colloquente semper directe respondendum? vel an vicissim sit verbis tentandus?
9. An quod ab alijs falsò relatum est, sit scriptis reprehendendum, vel imputandum ei, de quo refertur? De his omnibus quid statuendū, collatio dabit.


Concludimus cum illo Prosperi in Epigr:
Non decertanti nulla est speranda corona,
Palmam quâ capitur gloria, finis habet.




MANTISSÆ.

1. An JureConsultus possit esse perfectus absq;
liarum artium & imprimis practicarum cog
tione?
2. An Advocatus licitè ad decipiendum suum
versarium possit uti fallacijs & deceptionib
3. An Studiosus coram suo judice conventus
pius variare possit?
4. An, qui accepit beneficium, obligetur natur
ter danti ad renumerationem?
5. An scriptura de legis essentia?
6. An leges humanæ justæ seu politicæ oblig
subditos in conscientiam?
7. An magistratus violans leges fundamenta
Regni sit Imperio removendus?
8. An Emissario tentandi gratiâ accedenti & c
loquenti semper directe respondendum?
an vicissim sit verbis tentandus?
9. An quod ab alijs falsò relatum est, sit scrip
reprehendendum, vel imputandum ei, de c
refertur? De his omnibus quid statuendi
collatio dabit.

Concludimus cum illo Prosperi in Epigr:
Non decertanti nulla est speranda corona,
Palmam quâ capitur gloria, finis habet.





the scale towards document

et, milites, opifices, mercatores & alios ei-
ddictos, lata. De xaiavla inaequalium vel
genus sectantium civium leges ponuntur
orum erga inferiores, & horum erga illos.
& varij civium status, vitaq; genera inter
& devinciuntur.

LXII.

ce legum distinctionibus sanè acquiescere
q; illam spernandam arbitramur, qua le-
in forenses, (Landrecht), quibus judicia
criminalia ordinantur, & administran-
disciplinam, vel conditionem & mores ci-
icey oder Stadtordnung), quibus mores
tum promoventur, & vitia amoventur.

LXIII.

ur leges de civiũ conditione, & differentia,
tione, facultate, atate, ordine & numero;
us, ebrietate, de bibendo super sanitatē, jur-
tate, lusu, alijsq; similibus, qua honestas in
e damnat; item de luxu in pecuniâ, domo,
us & alijs sumptibus extra necessitatem.

LXIV.

ò isthac omnia & id genus alia ob circum-
tionem legibus definiri & comprehendi
ciendi sunt censores, vel morum magistri,
us prudentiâ, viteq; integritate prastant,
n conditiones & mores censent, eosq; vel
orem & ruborem incutiendo, vel multan-
gunt & emendant. Horum officium consi-
censu. 2. in praefectura morum. vide Ge-
3. polit. 10. & 4. polit. 28. Bodin. lib. 6. de
republ.

D 2